

46
SPECIMEN

CONTINENS

CAPVT IVRIS CONTROVERSVM

D E

IVRE RESTRINGENDI LIBERTATEM SVBDITORVM

Q V O D

ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS GRATIA

P R A E S I D E

D. CHRISTIANO HENR. BREVNING

PROFESSOR. PVBLIC. ORDIN. IVR. NAT. ET GENT.

ET SOCIETAT. LITER. DVISBVRG. SOCIO

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

DIE XXVIII. SEPTEMBR. ANNO CIDIICCLXIV.

D E F E N D E T

CHRISTIANVS IVLIUS SCHÜTZ

ISLEB. MANNSFELD.

L I P S I A E

EX OFFICINA LANGENHEMIA.

1764, 22.

No: 38.

SPRÖMEN
CONTINENS
CVLATI VARS CONTIOVERSAM
THERETATEM STUDIORVM
D. CHRISTIANO HENRI BRUNNICO
IN ACADEMIA PETRINA
CHRISTIANVS JAVIAS SCHATS
LIPSIÆ
EX ORTICINA MUNGENHOFII

SVMME REVERENDO
DOMINO
PERILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO
DOMINO
FRIDERICO ABRAHAM
DE HOPFFGARTEN
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
CONSILIARIO INTIMO PRAEFECTO CAMERAE
NEC NON COMITATVS MANNSFELDENSI

VTI ET
PRAEPOSITO CANONICATVS NVMBVRGENSIS
ETC. ETC. ETC.

DOMINO ET MAECENATI SVO
GRATIOSISSIMO INDVLGENTISSIMO
D. D. D.

D O M I N O
S A V M E R E A R E N D O
H E R T U S T R I A T O G E C H E R O S S I M O
D O M I N O
F R I D E R I C O A B R A H A M
D . H O P F E G A R T I N
S E R E N S S I M I E F F E C T O R I S S A X O N I A E
C O N S U L T A R O - I N T I M O P R O V I D E C T O C A M B R A E
N E C N O N C O M I T A T A S T R A N D E L D E N S I R
A T I E T
P R A V E R S O T O C A N D O N I C A T A S N A M B A R G E N S I S
A T I E E T E D E
D O M I N O E T M A L C E N T I I 7 2 0
G R A V I O R S S I M O J U D A I G E N T I S S I M O
D . D . D

SVMME REVERENDE,
PERILLVSTRIS AC GENEROSISSIME
DOMINE
DOMINE GRATIOSISSIME!

Non ex populari quadam ratione, ad
TE, DOMINE EXCEL-
LENTISSIME, leuioris hoc
armaturae opellulum festinat; sed ut TIBI,
pro insigni gratia, qua patrem et meos huc us-
que non plane indignos aestumare voluisti obser-
uantissimam simul ac gratissimam mentem aliquo
saltem modo tester. Ignoscas ideo audaciae
meae, et has studiorum meorum primitias se-
rena illa et grata fronte, quae propria TI-
BI est, et munerum TVORVM grauitatem
comitatur, accipias, demisse precor.

CHRISTIANA LITVIA SCHOLASTIC

Sem-

Semper ardentissimis ad diuinam accedo pro-
uidentiam precibus, supplex rogans, vt TE,
DOMINE GRATIOSISSIME, GEN-
TEMQUE TVAM PERILLVSTREM
tueatur, seruet, et ita seruet, vt omni felici-
tatis genere fruaris, et patria per longos ad-
buc annos, saluberrimis **TVIS** consilis effo-
rescat. Ita vale **TV**Aque gratia in posterum
quoque complectere

SVMME REVERENDI
AC PERILLVSTRIS

T VI N O M I N I S

Lipsiae,
die XXII. Septembr.
MDCLXIV.

GVLTOREM DEVOTISSIMVM
CHRISTIANVM IVLIVM SCHÜTZ.



DE
IVRE RESTRINGENDI LIBERTATEM
S V B D I T O R V M .

Ciuitates eretas causam habuisse communis securitatis atque defensionis, qualis etiam erigendarum occasio fuerit, nemo inter eos negat, qui bene de republica vel adeo fabulose inter veteres interque recentiores scriperunt. Ad beatiorem commodioremque vitam et tranquilliores magis deductos esse homines, ab iis, per quos in primis temporibus quaedam gentes collectae; quae dein in rempublicam acreuerunt, narrant veteres; noui vero autores aiunt, pactos esse homines inter se, quo per imperium, viuere possent in coniunctione aliqua mutuae defensionis ad obtinendam securitatem promouendamque confederationem. Neque adeo improbabilis est opinio LOOCKII in Tractat. cui Tit. du Gouvernem. civil. Chapitr. VII. §. 8., qui

qui affirmat: *Toutes leurs sociétés politiques ont commencé par une union volontaire & par un accord mutuelle de personnes, qui ont agi librement dans le choix, qu'ils ont fait de leur gouverneurs & de la forme du gouvernement.* Non pugnabo iam cum his, qui magis ex latronum colluuienatas esse ciuitates affirmant et ex primario latrone reliquos autoritate sua supprimente monarcham, nescio quo veneficio, efformant. Videtur haec mihi opinio, a qua parum alienus est BOEHMERVS in *Iur. Publ. Vniu. Libr. I. C. I.* si eius opinionem recte intuemur, admodum autoritati imperiorum et honestati ciuium iniuriosa, vt reliqua taceam argumenta, quippe ad praesentem causam haec controuersia nihil facit. Est ciuitatum essentialie imperium, sive per ipsum populum, sive per optimates, sive per monarcham administratum. Huius imperii ea est primaria causa, vt non tantum media ad obtainendum finem communis ciuilis consociationis determinet atque constituat, verum vt etiam singula sui populi membra atque subditos cogat, ad ea peragenda, per quae illa consequi possint, quae media putauit ad finem tendentia. Habet ergo imperium seu quod iam idem erit maiestas, (quippe exercitium imperii maiestas appellatur), ius ciuium atque subditorum actiones dirigendi. Nulla autem vñquam actionum directio cogitari atque animo concipi poterit, quae non inuoluat facultatem restringendi alterius libertatem. Non ergo negari potest, competere maiestati ius restringendi ciuium subditorumque libertatem. Quae, si vtique vera sunt, nunquam errabimus, si ex hoc ipso iure obligationem, quae cum ipso iure nascitur, affirmemus. Est itaque subditorum ciuiumque obligatio, vt suas actiones suamque libertatem a maiestate restringi patientur.

§. II.

9

Ducunt me haec cogitationes ad alias. Probauiimus, maiestatem posse iure suo libertatem subditorum atque ciuitatis membrorum restringere, civesque ad perfendrandam hanc restrictionem obligatos esse. Iam vero *restringere libertatem* non idem esse potest, atque *adimere libertatem*. Negat itaque lex antea probata libertatis *ademptionem*, quae *restrictionis* concedit. Scilicet illa membra quae in ciuilem abeunt societatem, antequam huic vinculo subiiciunt se, absque dubio ratione omnimoda plenariaque vtuntur libertate. Fiunt cives, subiiciuntur imperio; at in tantum, in quantum exigit consociationis ciuilis finis. Non ergo amittunt libertatem, qui quo ad finem obligati sunt, sed restrictam habent libertatem. Cae ergo dicas, ciuibus nullam superesse libertatem, sed omnem simulac cives fierent ademptam. Refert sane HOBBE SIVS de Ciue c. XIII. §. 6. qui alias in subditorum iuribus minuendis grauiter laborat, ad salutem populi, ut *innoxia perfruantur libertate*, cui sententiae quoque subscrribit BOEHMERVS in *Jur. Publ. Vniuersi. Libr. I. cap. V. §. 19.* Haec autem quae sit innoxia libertas, BOEHMERI verbis declaratur, *quantum salus publica permittit.* Incerta sane determinatio! sed dein quaedam addamus.

Cum vero a nobis probatum sit, cives subditosque frui libertate, at *restricta* tamen, necesse videtur, ut determinemus, quoisque liberi sunt, quoisque vero pareant ex restricta illa libertate. Facile haec omnia determinari posse arbitror, si ad finem ipsius consociationis atque subictionis respicimus. Fuit eorum, qui in rem publicam consenserunt, intentio, ut securitate atque defensione fruerentur atque ideo constituerunt imperium. Quis ergo negabit,

B



gabit, in iis causis communis atque propriae securitatis et
 defensionis, quaeque tanquam media ad illam obtinendam
 necessaria videri possunt, restrictam esse libertatem ciuium
 ex primo statim ciuitatis atque imperii pacto. Quare con-
 cludimus, in omnibus reliquis rebus, quae ad conserua-
 tionem securitatem defensionemque communem et singulo-
 rum propriam non spectant. neque hunc primarium con-
 iunctionis ciuilis finem aut mediate aut immediate turbant,
 in omnibus iis ciues innatam suam retinuisse libertatem, ne-
 que in his restrictam esse, multoque minus, si regulam se-
 quimur, imminui infringique posse, nisi adsit exceptionis
 necessaria quaedam causa. Hinc quae ad oeconomiae do-
 mesticae, religionis, studiorum atque legibus naturalibus
 et fini ciuitatis non contrariis acquisitionibus adhuc liber-
 tatem ciuium superesse arbitror plenam atque perfectam.
 Quid enim interest ciuitati, an hoc vel illo cultu dome-
 stico vtar, dummodo nemo conciuim meorum turbetur?
 Quid impedit, quominus ciuis in religione eum probem
 cultum, quem verum ex conuictione putem, modo ne-
 mini mea grauis sim religione, nec ea impedit finem ciui-
 tatis; quae solet esse tolerantiae religionis causa in pluribus
 rebus publicis. Et qualiter studia liberalia, artes scientiae-
 que vnquam noxiae essent ciuitati, nisi quae ab improbis
 improbe tractarentur ad commouendas in republica seditiones,
 in ecclesia haereses atque grauissima schismata, quae
 ciuilis vnionis coniunctionem tollere atque destruere pos-
 sent. Sed tunc non artium, non scientiarum culpa est.
 Neque arbitror semper paradoxarum sententiarum tracta-
 tionem, maxime in iis scientiis, quae a cognitione pen-
 dent, quaeque ciuile vineulum non tangunt, noxiā esse rei-
 publicae, si non anilibus modis et lingua imperitiissimis co-
 gnita fiunt, quippe veritatibus maius lumen incenditur, et
 ponde-

◆ ◆ ◆ ◆ ◆

ponderatis hinc illinc argumentis scientiae, quae semper ci-
vitati profunt, augmentur. Sane scientiae expertes sunt im-
peri, bene vero ii subsunt, qui ad turbandam rempubli-
cam scientiis abutuntur. Et eosque liberi sunt ciues.

§. IV.

Iam videamus, quae maiestati competant circa hanc
ipsam libertatem ciuium iura. Recte quidem asserimus in
regula, innoxiam esse ciuibus relinquendam libertatem,
quippe in tantum, quantum ad obtainendum finem com-
munem requiritur, suae renunciarunt libertati; at vero
sicuti nulla prope est regula, quae non interdum suum per-
dat officium atque in aliquo fallat, ita vtique ea, quae ve-
re innoxia est libertas, noxia interdum fieri potest, quo-
ties ciues sua abutantur libertate in perniciem patriae atque
conciuim. Et quod *SENECA de Clement. cap. XXIV.*
asserit, *remissius imperanti melius paretur*, non quidem in-
telligentum est, tanquam esset in maiestatis ciuilis arbitrio
positum, an libertatem suis subditis relinquere, an vero
adimere possit, et si relinquenter, id magis suadendum esse;
sed commendat Philosophus tantum clementiam, quae ex
remissiori imperio appetit, h. e. si non statim, quoties
contra leges peccatum sit, secundum leges coerceat puniat-
que seuerissime transgressorem legis; sed suadendum bono
principi, vt interdum, quoties emendationis spes adest,
aut quoties transgressoris studia artes scientiaeque alio modo
prosint et prodesse possint reipublicae, vt hunc vel omnis
poena remissione emender, vel aggratiando leuiorique
poena ad meliorem viam emendatioremque vitam redueat.
Hoc mihi videtur remissius imperare. Quis vero ob inde
principem et maiestatem inter tyrannos referret, qui seue-
rissime in transgressores legum statuit, nulla immixta cle-
mentia. Inclemtem dicas, at non iniustum. Sed haec

◆ ◆ ◆

non ad nostram causam. Diximus supra ciues esse adhuc liberos, frui libertate, quamuis restricta sc. respectu finis ciuitatis atque mediorum ad finem tendentium. Sequitur, maiestatem quidem obligatam esse, vt ciues in sua libertate simul tueatur defendatque, at vero eidem competere quoque ius, inspicere subditorum actiones, quas ex libertate naturali suscipiunt illa restricta, ne fini reipublicae atque ad eum obtainendum determinatis mediis contrarientur. Est enim ea prima obligatio maiestatis, ex qua ius illius oritur, vt omnia ea agat, quae ad obtainendum finem necessaria.

§. V.

Neque iam aliqua erit difficultas determinandi: *an et quatenus restringere possit libertatem?* Facile patet nos non de illa restrictione libertatis naturalis loqui, quae ex ipso ciuitatis pacto fit, quo quilibet, qui in nexum ciuilem atque in subiectionem consentit, eo ipso suam ad communem finem restringit libertatem agendique arbitrium. Est enim haec omnis pacti natura, vt in eo, de quo consenserunt pacientes, libertas agendi nulla superfit, nam obligantur ad ea, in quae consenserunt pacientes. Loquimur itaque de ea libertate, quae innoxia est, quatenus illa restringi possit. Facile patet, ex fine ciuitatis esse dijudicanda omnia. Curare debet maiestas, ne quid fiat a membris confociationis civilis, quo turbetur tranquillitas ac securitas publica priuataque. Quodsi itaque innoxiae alias actiones ex libertate susceptae sint, facile contingere potest, vt exincidenti vel conciuium vel totius unionis conseruationi atque quieti periculum fiat; sequitur vtique, hanc agendi libertatem restringere et actionem hanc alias innoxiam, iam periculosa non tantum posse, sed adeo debere maiestatem. Exemplo mentem vberius explicemus. Est

actio,



actio, quae in regula finem ciuitatis nunquam turbat, prouentus suos naturales, ei qui plus pretii offert vendere. Is enim, qui vendit pretiumque emtoris consensu constitutum accipit, neminem nec priuatum, nec societatem ciuilem turbat. Potest quoque extraneo vendere, imo utile saepius, vt vendat, quo nummi conquirantur. At si ciues laborent fame ob sterilitatem, periculumque immineat, vt ii, qui vitae sustentationem vix amplius promouere poterunt, patriam suamque ciuitatem deserturi sint, quod noxiun esset ciuitati. Quis maiestati vitio vertat, si conseruandorum ciuium causa non tantum prouentuum exportationem prohibeat, verum etiam dardanarios ad frumentorum venditiones cogat, legitimumque pretium constituat, sicque libertatem illorum innoxiam alias restringat, quoisque conseruatio ciuitatis exigat. Sic religio in se ciuitati innoxia erit; haec enim praeter officia D E O debita felicitatis futurae post hanc vitam rationem habet. At quoties dissensus religionis noxius esse poterit ciuitati, si dissidiae orientur turbas exciturae. Poterit itaque maiestas eos qui dissentiendo turbant communem ciuilem tranquillitatem coercere, dissensus disputationes prohibere, imo dissensum ipsum ita improbare, vt, qui nolint vel ex conscientiae libertate consentire nequeant, exire iubere possit, ne amplius communis illa quies religionis dissensu impediatur. Et ita facile in trecentis aliis regula data applicari potest, pro ut actio aliqua minus noxia tandem damnosa fieri possit.

§. VI.

Restriccio ergo libertatis a maiestate suscipi potest, quatenus finis reipublicae id vrgeat. At quid? si subditi improbitate sua corrupti seditionem excident suaeque maiestati obsequium negent. Recte poterit maiestas omnia ea adhibere media, quibus reprimi possit illa seditio, neque

B 3

negant.

❖ ❖ ❖

negandum, seditiosos, quo alii ab eiusmodi conatibus ciuitati perniciosissimis deterreantur, tanquam ciuitatis hostes grauiter punire. Contingere itaque potest in tam perturbato aliquo statu ciuitatis, vt maiestas arma arripiere debeat contra suos ciues suosque subditos, quo eos redire cogat ad officium. Sic vt annuat suis conatibus belli fortuna alias dubia, vt vincat rebelles vt cogat agnoscere imperium; non inique quaeras, an tunc omnem iis libertatem eripere aut restringere possit? Rem omnem facile confici posse puto, dum ea primum excipiamus, in quibus nemini vnuquam ius competere potest, scil. conscientiae libertatem: haec nunquam, et quae ab ea pendent, vel eripi vel restringi possunt. In reliquis innoxiiis actionibus sine dubio victoris erit arbitrium, quibus conditionibus in deditio[n]em recipere velit rebelles, an omnem eripere libertatem, an restringere tantum in iis causis, quae occasionem seditionis dederunt, ne amplius tale quid moliri queant. Erant enim ante deditio[n]em hostes, quibus nulla ciuium iura competere poterant, sed quos vt victos hostes considerare demum maiestas poterit. Sane non dici poterit, si omnem prope agendi libertatem eripiat aut restringat, iniuste egisse maiestatem; sed tunc seruos habebit, non amplius ciues: despota erit, non imperans: familia seruorum erit, non populus liber, quem repraesentat maiestas, simulac omnem omnino eripuerit libertatem.

§. VII.

Adhuc alia nobis venit difficultas. Non raro solet in rebus publicis euenire, vt populus cum sua maiestate, siue a collegio optimatum administretur, siue cum monarcha passiones ineat, inque iis quaedam quae maiestatis alias propria sunt iura, restringat. Habet experientia exempla. Contingere potest, vt quoties vel bellum fuscipere, vel pacem in-

ire,



ire, vel foedera pangere velit maiestas, non possit, nisi requisito populi consensu, quod inde est, quia pactionibus aut ut vocant capitulationibus haec potestas ac vis maiestatica limitata atque restricta est. Posset quaeri: an populus pacto etiam cum maiestate inito possit statuere, quo minus maiestati liceat libertatem ciuium restringere? Dicamus breuiter ob libelli breuitatem nostram sententiam, quidue nobis videatur. Distinguendum arbitror, vtrum pacto illo combatum sit, plane restringere libertatem ciuium non amplius debere: an vero placuerit, maiestatem restringere non debere inconsulto atque non consentiente populo. Posterioris generis pacta iniri posse nemo negat. Si enim verum est in genere, iura maiestatica limitibus circumscribi posse pactionibus atque conuentionibus inter populum atque maiestatem initis, sed in sola forma imperii aristocratica et monarchica id applicari poterit (nunquam in hac specie maiestati limites ponи posse recte negabitur). At vero si tanta esset populi alicuius temeritas, vt in omnem causam maiestati negarent interuenientibus pactis subditorum ciuiumque libertatem innoxiam restringendi ius ac facultatem; idem efficerent, ac si partem finis et constituti imperii et constitutae societatis ciuilis tollerent. Quid enim, si actiones ex illa libertate agerentur a subditis, quae quidem in se innoxiae, at vero ex incidenti periculum afferrent recipublicae, sane maiestas in eum esset statum redacta, vt finem, propter quem instituta atque a populo ordinata curare nec deberet nec posset, sed potius ut coacta cerneret, quem interitum qualeve periculum passura sit ciuitas. Hoc vero fini contrarium, sic nullum esset pactum.


§. VIII.

Tandem inter ea, quae adhuc de hoc themate late disputari possent, vnicam quaestionem dabimus. Vsus loquendi



quendi non semper rectus introduxit distinctionem illam in regalia *maiora et minora*. Is qui regalia seu iura maiestatica scit, ea esse, quae maiestatis constituant essentiam ita, ut iis ademtis amplius maiestas non sit, facile concedet regalia minora proprie loquendo, vix regalia dici posse. At usus popularis, sub iis ea iura subintellexit, quae, quamvis maiestati non propria, tamen interdum vel expressis passionibus, vel taciturnitate concessit populus maiestati, inter quae iura simul continentur in *adversaria*. Subintelligunt, ut maiestati competit ius, res nullius exclusis ciibus et subditis sibi acquirere atque habere. Si pacta adfunt, maiestatem in acquirendo ciuium libertatem restrin gere posse, dubium non videtur, sibi enim tribuant, quod ius maiestati non proprium tamen eidem concesserint. At iam dabimus, in republica hactenus pacis, poplique consensu tale ius tributum atque concessum non esse, quaerit potest, an ipsa iam maiestas recte ex suo maiestatis fine possit hanc rerum nullius occupationem prohibere, ciuium in occupando libertatem restringere, sibique hoc ius tribuere? si dicendum quid vniuersali lege verum sit, nunquam in hoc libertatem recte restringi, cauere tamen posse maiestatem, ne turbae occupando orientur. Consenserat enim populus, ut omnia ea ageret, quae ad tranquillitatem ac defensionem spectant, non vero transtulit, ut pro arbitrio iura cuius a natura data eripiat, quae cum res concernant, quae nullius sunt, neque ex territorii iure absque possessione capta, cum originaria in iis sit acquisitionis, tanquam accessiones considerantur, ut nonnullis placet, et in iis occupandis nulla nullius ciuis aut alius laesio concipienda, verior mihi ea opinio, quae maiestati negat ius ciuilem libertatem in acquirendis rebus nullius, ni consensus adsit, restringendi.

T A N T V M .



Leipzig, Diss., 1764



3

f

TAZOL

nur 31. Stck. Bücher verknüpft

VD18

Farbkarte #13



B.I.G.

1764, 22.
No. 38.

S P E C I M E N

C O N T I N E N S

C A P V T I V R I S C O N T R O V E R S V M

D E

I V R E R E S T R I N G E N D I L I B E R T A T E M S V B D I T O R V M

Q V O D

I L L V S T R I S I C T O R V M O R D I N I S G R A T I A

P R A E S I D E

D. C H R I S T I A N O H E N R. B R E V N I N G

P R O F E S S O R. P V B L I C. O R D I N. I V R. N A T. E T G E N T.

E T S O C I E T A T. L I T E R. D V I S B V R G. S O C I O

I N A V D I T O R I O P E T R I N O

D I E X X V I I I. S E P T E M B R. A N N O C I C I C C L X I V.

D E F E N D E T

C H R I S T I A N V S I V L I V S S C H V T Z

I S L E B. M A N N S F E L D.

L I P S I A E

E X O F F I C I N A L A N G E N H E M I A.